these Counts as early as 1186. (*M. de Guines*,[3] 171—175, *preuves* 261,293; 𝔅. II. 788; 𝔄. VIII. 543).

75. Le Conte de Provence.—Raymond Berenger IV. Count of Provence and Forcalquier (1209—19 Aug. 1245) married (Dec. 1220) Beatrix dau. of Thomas Count of Savoy. His successor was his son-in-law, Charles King of Sicily [see No. 24]. (𝔅. II. 438). Or, four pales Gu. (the *barras longas* of the Kings of Arragon, Counts of Barcelona).

76. Le Conte de Geldre.—Renaud I. le Belliqueux, Count of Gueldres, Zutphen and Veluwe (1271—9 Oct. 1326). He married Ermengarde, dau. of Waleran IV. (III.) Duke of Limbourg; 2nd, Margaret dau. of Guy Count of Flanders. (𝔅. III. 173). His grandfather Gerard IV. (d. 1229) had borne 3 cinquefoils, as his seals show, but afterwards adopted Az. billettée a lion ramp. Or, his mother Richarde having been of the house of Nassau. Renaud II. Count, afterwards (1339) Duke, of G. omitted the billets. (𝔅. I. 207,452). Crest:—A roundlet charged with the arms of the shield, surrounded by peacock's feathers (Ppr.)

(To be continued.)

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

(Continued from Vol. IV. New Series, p. 217.)

21. Urianus de Sancto Petro. *Inq. p. m.*

[*Breve dat. apud Berewicum super Twedam* 26^to^ *die Marcii* 1311.]

Inquisicio capta apud Cestr' die Lune proxima ante festum Assencionis [*Ascensionis*] Domini anno regni Regis E. quarto [17^mo^ *die Maii* 1311] coram Hugone le Mercer Eskaetore domini Regis in comitatu Cestr' de terris et tenementis Uriani de Sancto Perto defuncti per sacramentum Joh'is de Wetenhale *etc.* Qui dicunt super sacramentum suum quod Urianus de Sancto Petro tenuit de domino Rege in capite die quo obiit in dominico suo ut de feodo quartam partem baronie de Malpas cum quarta parte advocacionis ecclesie ejusdem ville per servicium unius feodi militis et dimidii et valet per annum in omnibus exitibus viginti libras. Dicunt eciam quod idem Urianus tenuit *etc.* [*ut supra*] medietatem serjantie pacis per servicium inveniendi decem servientes pacis ad custodiend' pacem in Cestris[cire] pro qua quidem custodia antecessores sui percipere solebant triginta solidos per annum ad scaccarium Cestr' pro mantellis decem serviencium et valet per annum in omnibus exitibus decem libras Dicunt *etc.* [*ut supra*] sextam partem maneriorum de Schilbroke Davenham et Leftedewiche per servicium dimidii feodi unius militis . . . octamdecimam [*octavamdecimam*] partem baronie Wici Malbani . . . unde quedam parcella octavedecime partis baronie predicte videlicet Hurdelestone oneratur Joh'i de Ardene in centum solidis ad terminum vite sue per cartam dicti Uriani Et dicta octavadecima pars cum parcella tenetur de domino Rege per servicium

dimidii feodi unius militis. Dicunt eciam quod idem Urianus tenuit *etc.* [*ut prius*] passagium de Torperleghe Kelsale et Masefen per servicium custodiendi vias tempore nundinarum Cestr' et valet per annum in omnibus exitibus tres solidos. Hec tenementa prescripta tenentur de domino Rege in capite per servicium militare,

Dicunt eciam quod idem Urianus tenuit de domino Rege in capite in dominico suo ut de feodo manerium de Anderton' in libero sokagio per servicium unius libre piperis reddend' ad scaccarium Cestr' pro omnibus serviciis . . . tenuit in capite de Ric'o de Dutton' unum burgagium et quatuor acras terre in . . alpas et duas salinas in le Fulwiche in liberum [*libero*] sokag' . . . tenuit manerium de Pekforton' in lib'm sokag' et medietatem manerii de Horsleghe cum proparte unius molendini in Beston' de David' filio Ric'i de Bonbure et Johanne filio Uriani de Sancto Petro . . . tenuit unam carucatam terre in Rideleghe in capite de Priore Hospitalis Sancti Johannis de Jer'l'm in Anglia . . . idem Urianus [tenu]it in capite de diversis parcenariis de Halghton' et Spurstowe unam carucatam terre in Halghton' et Spurstowe in libero sokag' . . . tenuit duodecimam partem maneriorum de Ridelegh' Spurstowe et Halghton' de Houa ap Eyngnon in lib'm sokag' . . . tenuit de Roberto de Praers die quo obiit unam salinam et dimidiam in Wico Malbano in lib'm sokag' . . . tenuit duos solidos de libero redditu in Aldelime percipiend' per manus Rogeri de Clotton' . . . tenuit medietatem ville de Bonebure cum medietate advocacionis ecclesie ejusdem ville cum quarta parte manerii de Beston' in lib'm sokag' de Edwardo Burnel per servicium unius sagitte . . . tenuit duos solidos in [*de*] libero redditu percipiend' in Cestr' per manus Joh'is de Deresbur' et unum par albarum cirotecarum in Cestr' percipiend' per manus heredis Joh'is le Noble.

Dicunt eciam quod Johannes filius ejusdem Uriani propinquior heres ejus est qui erit etatis trium annorum ad festum Sancte Margarete virginis proximo futurum [20^mo^ *die Julii* 1311.] Cestr.'

[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw*, II. *m. m.* 8, 9.]

[Communia de termino Pasche anno Regis E. filii Regis E. nono.

De die dato. Johannes de Grey qui habuit diem hic modo a die Pasche in unum mensem ad reddendum Regi compotum de valore terrarum et tenementorum que fuerunt Uriani de Sancto Petro in manu Regis E. patris Regis nunc dudum existencium nomine custodie per minorem etatem . . heredis ejusdem Uriani a sexto die Aprilis anno predicti Regis E xxiij°, sicut continetur in dorso cujusdam brevis retornati super ipsum in Octabis Sancti Michaelis in ligula brevium de hoc anno venit per attornatum suum et adjornatur ulterius *etc.* *Memor. Scacc. ex parte Rem. Dom. Thes.* 9 *Edw.* II. *Ro.* 104.] Bed.'

[*Vide Inq. p. m.* 23 *Edw.* I. *n°* 56; *et* 25 *Edw.* I. *n°* 17.]

22. Robertus de Ros de Gedeneye. *Inq. p. m.*
[*Breve dat. apud Berewicum super Twedam 3° die Februarii* 1310-11.]

Inquisicio facta coram Escaetore domini Regis apud Grantham ultimo die Aprilis anno regni Regis E. quarto [1311] de terris et tenementis que fuerunt Roberti de Ros in comitatu Linc' die quo obiit per sacramentum Roberti le Ku de Wiwelle *etc.* Qui dicunt per eorum sacramentum quod predictus Robertus tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit quasdam terras et quedam tenementa in Wiwelle et Hungerton' conjunctim spectancia ad manerium de Wiwelle de Will'o de Ros per servicium quarte partis feodi unius militis Et dicunt quod capitale mesuagium manerii predicti valet per annum ut in herbagio et fructu gardini xx. s. et unum columbarium . . . et unum molendinum ventricium . . . Et C. acre terre arrabilis per majorem centenam que valent per annum lx. s. prec' acre vj. den. Et xx. acre prati . . . Et de redditu assiso quorundam libere tenencium ibidem per annum lx. s. *etc.* Et dicunt quod placita et perquisita curie ibidem valent per annum ij. s. Et dicunt predicti juratores quod predictus Robertus non tenuit aliquas terras seu tenementa in comitatu predicto de domino Rege in capite ut de corona sua sed quod tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit quasdam terras et quedam tenementa in Gedeneye de dicto domino Rege in capite ut de honore Albe Marlie in manu ipsius Regis existente per quod servicium *etc.* dicunt quod ignorant.

Summa tocius—xiiij. li. xvij. s.

Dicunt eciam predicti juratores quod quidam Jacobus de Ros est filius predicti Roberti et ejus heres propinquior et est etatis ix. annorum. Wiwelle, Lincoln.'

Inquisicio facta coram Escaetore domini Regis apud Normanby quarto die Maii anno regni R. E. quarto [1311] de terris *etc.* per sacramentum Johannis de Stratton' *etc.* Qui dicunt per eorum sacramentum quod predictus Robertus tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit quasdam terras et quedam tenementa in Normanby et Claxby de Will'o de Ros per servicium reddendi per annum j. denarium pro omni servicio et nichilominus faciendo servicia subscripta pro predicto Will'o de Ros pro terris prenotatis videlicet—Thome de Braibo servicium viij. partis feodi unius militis pro tercia parte unius mesuagii et pro ij. bovatis terre et v. acris bosci Et Rogero de Pilkington' servicium dimidii feodi unius militis pro tercia parte unius mesuagii et pro iiij. bovatis terre et quinque acris bosci Et reddendo per annum Ricardo Curteis pro tercia parte unius mesuagii et pro iiij. bovatis terre vj. acris bosci et pro uno molendino acquatico j. libram cimini prec' j. d. o. ad terminum sancti Michaelis Et matrici ecclesie Linc' pro uno mesuagio xij. d. ad terminum predictum. Et dicunt quod mesuagium predictum valet per annum ut in herbagio gardini xiiij. s. iiij. den. et tota dicta terra continet CC. acras per minorem centenam et valet C. s. prec' acre vj. d. Et quod proficuus predicti bosci ut

in subbosco amputando valet per annum iij. s. Et prediotum molendinum valet per annum ultra reprisam xiij. s. iiij. den.

Summa—vj. li. ix. s. viij. d. Inde resolvuntur ij. d. o. [1*s.* 2½*d.*] Et rem' vj. li. viij. s. v. d. o.

Dicunt eciam predicti juratores quod quidam Jacobus de Ros est filius predicti Roberti et ejus heres propinquior et est etatis ix annorum. Normanby, Claxby ; Lincoln'.

Inquisicio facta coram Escaetore domini Regis apud Holbeche iij° die Maii anno regni Regis E. quarto [1311] de terris *etc.* per sacramentum Henrici Everarde de Holbec *etc.* Qui dicunt per eorum sacramentum quod predictus Robertus tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit terciam partem ville de Gedeneye cum quibusdam terris in Woplade et Holbeche predicte tercie parti spectantibus de domino Rege in capite ut de honore Albe Marlie in manu ipsius Regis existente per servicium tercie partis feodi unius militis. Et est in predicta tercia parte ville unum capitale mesuagium quod valet per annum ut in herbagio [et] fructu guardini cum duobus columbariis ibidem xl. s. Et sunt ibi duo molendina ventricia que valent per annum C. s. et quedam piscaria separalis et valet per annum ij. s. Et sunt ibi CC. acre terre arrabilis per majus centum et valent per annum xxiij. li. prec' acre ij. s. Et iiij^{xx} acre prati et valent per annum viij. li. prec' acre ij. s. Et. Cxiij. acre pasture per majus centum et valent per annum ix. li. xix. s. vj. d. prec' acre xviij. d. Et est ibi quidam mariscus qui valet per annum xx. s. Et sunt ibi due saline que valent per annum xxx. s. Et sunt ibi quidam libere tenentes qui reddunt lx. s. viij. d. ad terminos sancti Michaelis Carniprivii et Botolphi per equalem porcionem Et sunt ibi quidam custumarii qui reddunt per annum xvj. li. xj. s. iiij. d. ad iij. terminos predictos per equalem porcionem Et predicti custumarii facient [opera] quolibet die feriali per annum et valent per annum viij. li. vij. s. iij. d. o. prec' operis a festo sancti Martini usque festum sancti Botolphi o. ab illo festo sancti Botolphi usque festum sancti Michaelis prec' operis j. d. Et facient in autumpno tempore messionis xlj. opera et valent xlj. d. prec' operis j. d. Et dabunt xij. fother' turbarum ad Natale Domini et valent iiij. s. Et dabunt l. gallinas ad eundem terminum et valent iiij. s. ij. d. prec galline j. d. Et predicti custumarii facient xxx. opera cum carucis per unum diem et nichil valent quia ad cibum domini Et CCC. iiij.^{xx} opera autumpnalia cum falcis et valent xxxvj. s. viij. d. prec' operis j. den. Et dabunt dicti custumarii ad festum sancti Michaelis de certo ausil[io] C. vj. s. viij. d. Et sunt ibi quidam cotrelli qui reddunt per annum xl. s. ad iij. terminos supradictos per equalem porcionem. Et placita et perquisita curie valent per annum x. li. Et est ibi unum toftum de Escaeta et valet per annum xl. denarios.

Summa—iiij^{xx}. xix. li. v. s. viij. d. ob.

Item dicunt predicti juratores quod predictus Robertus tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit vij. acras terre in Sutton' de Alano de Multon' per servicium reddendi per annum ix. s.

ad iiij. terminos equaliter et valet dicta terra per annum xiiij. s prec' acre ij. s.

Summa—xiiij. s.

Item tenuit [*dicunt*] quod predictus Robertus tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit xxv. acras terre in Tid de honore Sancte Andrede virginis per servicium reddendi per annum iiij. s. ij. d. ad festum [Sancti] Michaelis et valent per annum in omnibus exitibus preter resolucionem xxx. s.

Summa—xxx. s.

Dicunt eciam predicti jur' quod predictus Robertus nullas terras seu tenementa tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit de domino Rege in capite ut de Corona sua nisi in forma supradicta.

Summa tocius—Cj. li. ix. s. viij. d. o.

Inde resolvuntur ix. s.

Item dicunt predicti jur' quod quidam Jacobus de Roos est filius predicti Roberti et ejus heres propinquior et est etatis ix. annorum. Gedeneye, Lincoln.'

[*Aliud breve, de eâdem datâ* (3° *Febr.* 1310-11), *Escaetori citra Trentam directum, et indorsatum ut sequitur* :—]

Feci inquisicionem [*inquisiciones*] de terris et tenementis que fuerunt Roberti de Roos secundum tenorem istius brevis et que huic brevi sunt consute Set tamen liberavi Roberto Darcy et Will'o de Vaux custodiam terrarum et tenementorum que fuerunt predicti Roberti de Roos in balliva mea per breve domini Regis de magno sigillo quod michi inde venit antequam istud breve michi liberatum fuit cujus transcriptum huic brevi consutum vobis transmitto respiciendum.

Edwardus etc. Roberto de Wodehouse Escaetori suo citra Trentam salutem Cum concesserimus dilectis et fidelibus nostris Roberto Darcy et Will 'o de Villibus custodiam terrarum et tenementorum que fuerunt Roberti de Ros defuncti qui de nobis tenuit in capite et que racione minoris etatis heredis ipsius Roberti in manu nostra existunt habendam cum omnibus ad custodiam illam spectantibus usque ad legitimam etatem heredis predicti una cum maretagio ejusdem absque disparagacione prout in litteris nostris patentibus eisdem Roberto et Will'o inde confectis plenius continetur Vobis mandamus quod eisdem Roberto et Will'o custodiam *etc.* liberetis habendam juxta tenorem litterarum nostrarum predictarum. Teste me ipso apud Berewicum super Twedam xiiij° die Januarii anno regni nostri quarto [1310-11]. per breve de privato sigillo.

Inquisicio capta coram Eschaetore citra Trentam apud Ebor' die Martis in septimana Pasche anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi quarto [13^mo^ Apr. 1311] de terris et tenementibus de quibus Robertus de Roos fuit seysitus *etc.* in Wapp'o de Herthill' die quo obiit per Walterum de Bubbewith' *etc.* juratos Qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Robertus nichil tenuit de domino Rege in predicto Wappentagio. Dicunt tamen quod tenuit manerium de Brighton' cum omnibus suis pertinenciis de Will'o de Roos de Hamelaake

per servicium militare unde capitale mesuagium valet per annum cum columbario in omnibus exitibus [viij.] s. viij. d. Et sunt ibidem xxix. bovate terre in dominico quarum quelibet valet per annum in omnibus exitibus viij. s. Et est ibidem quedam separalis pastura que valet per annum in omnibus exitibus x. s. Item sunt ibidem ij. acre prati que valent per annum vj. s. Item sunt ibidem duo molendina ventricia que valent per annum in omnibus existibus lx. s. Est ibidem quoddam passagium ultra aquam de Derwente quod valet per annum in omnibus exitibus l. s. Item dicunt quod tenuit in Swannes-lund in dominico redditum assisum qui valet per annum in omnibus existibus x. marcas. Hec omnia predicia tenuit de predicto Will'o de Roos per servicium militare.

Summa—xxiiij. li. xix. s.

Item dicunt quod Jacobus filius ejusdem Roberti propinquior heres ejus est et est etatis ix. annorum. Ebor'.

Inquisicio facta coram Eschaetore citra Trentam apud Hedon' in Holdernesse die Martis proxima ante festum Sancti Marci Evangeliste anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi quarto [20mo *die. Apr.* 1311] de terris et tenementis de quibus Robertus de Ros fuit seysitus in dominico suo ut de feodo in Wappentach' de Holdernesse die quo obiit per Henricum de Sancto Martino *etc.* qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Robertus tenuit in dominico suo die quo obiit in Hildelstone unum capitale mesuagium quod valet per annum in omnibus exitibus x. s. et vj. bovatas terre quarum quelibet valet per annum in omnibus exitibus x. s. et tria tofta quorum quodlibet valet per annum in omnibus exitibus iij. s. et x. acras terre de Forlande que valent per annum in omnibus exitibus x. s. Hec omnia tenuit de domino Rege in capite ut de honore Albemarlie per homagium et servicium militare et faciendo sectam ad Wappent' domini Regis de Holdern' de tribus septimanis in tres septimanas.

Item dicunt quod predictus Robertus tenuit in dominico suo die quo obiit in Aldeburgh' Thorpe unum capitale mesuagium quod valet per annum in omnibus exitibus vj. s. viij. d. et viij. bovatas terre quarum quelibet valet per annum in omnibus exitibus x. s. et redditum assisum in Aldeburgh' qui valet per annum in omnibus exitibus C.s. Hec tenuit de domino Will'mo Ros de Hamelake per homagium et servicium militare.

Item dicunt quod tenuit de domino Roberto le Conestable de Holdernesse per servicium militare ix. bovatas terre in Oustewyke quarum quelibet valet per annum in omnibus exitibus x. s. et xiiij. tofta quorum quodlibet valet per annum in omnibus exitibus iij. s. Et est ibi Forlande cum quadam placea terre que vocatur Bryndcroft que valet per annum in omnibus exitibus v. s. Item dicunt quod tenuit de eodem domino Roberto per servicium militare ij. bovatas et terciam partem unius bovate terre in Beningholm et valet bovata per annum in omnibus exitibus xx. s. et unum toftum quod valet per annum in omnibus exitibus iij. s. Item dicunt quod tenuit de predicto domino Roberto le Conestable per servicium

militare unam bovatam et dimidiam bovatam terre in Tharlestorpe et valet bovata per annum in omnibus exitibus xl. s. et quatuor tofta quorum quodlibet valet per annum in omnibus exitibus iiij. s.

Item dicunt quod Jacobus filius predicti Roberti de Ros propinquior heres ejus est et est etatis ix. annorum. Ebor'.

[*Extat in fine alterius eschaetoris responsio, cujus tenor in hæc verba sequitur*—]

Robertus de Ros nullas alias terras seu tenementa tenuit in balliva mea die quo obiit nisi terras et tenementa in istis inquisicionibus contenta Set per istud breve non cepi terras et tenementa illa in manum Regis quia antequam breve istud ad me venit terras et tenementa predicta occasione mortis predicti Roberti ex officio meo cepi in manum Regis et ea liberavi Roberto Darcy et Will'o de Vaux quibus Rex concessit custodiam eorundem habend' usque ad legitimam etatem heredis predicti Roberti per aliud breve domini Regis.

[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw.* II., *m. m.* 4, 13.]

(*To be continued*).

FIRST BISHOP OF BATH AND WELLS.

(*Continued from Vol. V, p.* 100.)

95

1226, May.—*Grant of the advowson of the church of Milverton made by William Briwer to Joscelyn, bishop of Bath, in the presence of the king, archbishop of Canterbury and several bishops.*

Omnibus *etc.* Willielmus Briwer salutem Sciatis me *etc.* dedisse et concessisse venerabili patri domino Joscelino Bath' episcopo advocationem ecclesie de Melverton cum omnibus pertinentiis *etc.* Hanc autem donationem meam feci coram domino meo illustri Rege Anglie presentibus domino Stephano Cant' Archiepiscopo et dominis P. Winton H. Lincoln' W. Exon' et G. Elyen'. Dat. 1226, mense Maii.

[*Harl. MS.* 6968, *f.* 104 d.]

96

1226.—*The abbot and convent of Mont S. Michel in Normandy yield the advowson of the church of Martock to Jocelyn, bishop of Bath.*

Radulphus Abbas montis sancti Michaelis de periculo maris et conventus dederunto Joscelino episcopo Bathon' et successoribus suis advocationem ecclesie de Mertok cumi pertinentiis et quietum clamaverunt quicquid beneficii vel pensionis de eadem ecclesia. receperunt. 1226.

[*Harl. MS.* 6968, *f.* 91.]

97

1227, Nov. 7.—*Hugh, bishop of Lincoln, grants to (his brother) Jocelyn, bishop of Bath, and his successors, the town of Axbridge in frank almoigne.*

Omnibus *etc.* Hugo Linc' episcopus salutem Sciatis nos concessisse venerabili fratri [nostro] Joscelino Bathon' episcopo et successoribus suis in perpetuum quod habeant et teneant villam de Axebrige cum omnibus pertinentiis que est de feodo nosrto in liberam purma et perpetuam elemosynam quietam de sequela forinsec

CALENDARIUM GENEALOGICUM.

(Continued from p. 164.)

23. REGINALDUS DE WYTHELE. *Inq. p. m.*
[*Breve dat. apud Berewycum super Twedam primo die Aprilis* 1311.]

Inquisicio de terris et tenementis que fuerunt Reginaldi de Wythele in Com. Somers. die quo obiit facta . . . apud Kyngeston xxvj. die Aprilis anno regni Regis Edwardi quarto [1311] *etc.* per sacramentum Joh'is de Kyngeston' *etc.* et Joh'is de Wythele Qui dicunt . . . quod predictus Reginaldus tenuit in Com. predicto die quo obiit sex bovatas terre cum pertin. apud Wythele de domino rege in capite per legem Anglie ad terminum vite sue ut de hereditate Isabelle le Beel quondam uxoris sue per servicium unius paris calcarium deauratorum vel sex denar. per annum per manus vic' solvend' pro omni servicio. Et est ibidem quoddam capitale Mesuagium . . . et sunt ibidem in dominico de terra arrabili lxx. acre . . . et ibidem tres acre prati falcabilis . . . et iiij. acre pasture . . .

Summa xxiij.s. x.d.

Item . . . tenuit per legem Anglie ad terminum vite sue de hereditate predicta . . . xx. solidatas annui redditus provenientis de quodam Molendino aquatico apud Hylecombe solvend. ad iiij^{or} anni terminos principales equaliter de Ph'o de Curteneye in capite per servicium xx^{me} partis feodi j. militis et tres acras prati ibidem . . . de predicto Ph'o per servicium predictum et ix.s. x.d. annui redditus apud Mont[em] Agu solvend' ad terminos Anunciacionis et Sancti Michaelis predicto Ph'o de Curteneye per servicium predictum.

Summa—xxxij.s. x.d.

Item . . . tenuit *etc.* (*ut supra*) x. acras terre arrabilis apud West Doueliz de Joh'ne Wake in capite per servicium j. li. cimini per annum vel j.d. ob. solvend. ad festum Natalis Domini pro omni servicio Et valent per annum xx. d. prec. acre ij. d.

Summa—xx.d.

Item . . . tenuit *etc.* (*ut prius*) duodecim solidatas annui redditus apud Whitenhull' solvend. ad predictos iiij^{or} terminos equali porcione de Matheo de Furneaux.

Summa—xij.s.

Item dicunt predicti jurati quod Henricus de Wythele filius predictorum Reginaldi de Wythele et Isabelle est propinquior heres eorundem et est etatis xxviij. annorum et amplius. In cujus *etc.* Summa totalis—Lxx.s. iiij.d. Somers'.
[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *mm.* 9, 10.]

24. JOHANNES FILIUS THOMÆ DE SOLARIIS. *Inq. p. m.*

[*Breve dat. apud Berewycum super Twedam primo die Aprilis* 1311.]

Inquisicio capta . . . apud Glouc' quarto die Maii anno *etc.* quarto [1311] de terris et ten. de quibus Joh'es filius Thome de Solers fuit seisitus *etc.* Qui dicunt *etc.* quod idem Joh'es tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit manerium de Paunteleye in com. Glouc. de herede Comitisse Lincoln' ut de honore de Clifforde que [*qui*] est in manu domini regis per mortem Comitis Lincoln' per servicium unius feodi militis Et dicunt quod est ibidem quoddam capitale mesuagium . . . Et sunt ibidem C. acre terre arabilis . . . vj. acre prati . . . Et est ibidem quedam pastura separabilis que valet per annum v. s. Et est ibidem quidam parcus cujus subboscus valet per annum xx. s. Et est ibidem quoddam molendinum aquaticum quod valet per annum xiij. s. iiij. d. Et dicunt quod sunt ibidem xvj. libere tenentes qui tenent diversa tenementa et reddunt per annum de redditu assiso xxij. s. ij. d. ad quatuor terminos principales . . . equis porcionibus. Et sunt ibidem x. villani quorum quilibet eorum tenet dimidiam virgatam terre in villenagio et quilibet eorum reddit de redditu assiso per annum v.s. ad terminos predictos et quilibet eorum debet falcare per ij. dies et valet opus iij. d. et quilibet eorum faciet quatuor bederipp' in autumpno et valent iiij. d. Et dicunt quod sunt ibidem vij. alii custumarii qui tenent alias terras in villenagio et reddunt per annum de redditu assiso xj. s. xj. d. ad terminos predictos et quilibet eorum faciet iij. bederipp' in autumpno et valent iij. d. Et sunt ibidem iiij. cotarii qui reddunt per annum de redditu assiso xxiij. d. ad terminos predictos et quilibet eorum faciet tres bederipp' in autumpno et valent iij. d. Et dicunt quod placita et perquisita valent per annum ij. s.

Summa valoris tocius manerii predicti per annum—viij. li. xvj. s. xj. d.

Et dicunt quod Will'us filius Will'mi de Wytinton' consanguineus predicti Joh'is est heres ejus propinquior et etatis xxiiij. annorum et amplius. Glouc.'

[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *mm.* 4, 10.]

25. JOHANNES MARTEL. *Inq. p.m.*

[*Breve dat. apud Lynliscu in Scocia xxiij. die Octobris* 1310.]

Inquisicio facta . . . apud Canewyke xx. die Novembris anno r. r. Edwardi quarto [1310] *etc.* per sacramentum Rob'i de Somerby *etc.* Qui dicunt . . . quod predictus Joh'es Martel tenuit in dominico suo ut de feodo die quo obiit quedam tenementa cum pertin. in Canewyke in com. Linc. de domino rege in capite per servicium quarte partis feodi unius militis videlicit unum capitale mesuagium quod valet per annum iij. s. et vj^{xx}. acras terre arabilis . . . et sex acras prati . . . et de redditu assiso quorundam tenencium ibidem xl. s. iiij. d. per annum ad terminos Pascheet Sancti Michaelis

equaliter. Et perquisita cur' ibidem valent per annum xij. d. Dicunt eciam quod Elyas Martel filius predicti Joh'is Martel est heres ejus propinquior et etatis viginti et sex annorum.

Summa iiij.li. viij.s. iiij.d.

[De homagio capto. Rex *etc.* Sciatis quod cepimus homagium Elie Martel filii et heredis Joh'is Martel defuncti *etc.* salvo jure cujuslibet et salva Lucie que fuit uxor predicti Joh'is racionabili dote sua ipsam *etc.* contingente. Teste Rege apud Ber' super Twed' x. die Januarii. *Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *m.* 13.] Linc'.

26. Nicholaus Tuchet. *Inq. p. m.*

[*Breve dat. apud Berewycum super Twedam xviij. die Junii 1311.*]

Inquisicio capta apud Suthereie . . . viij. die Julii anno r. r. E. quinto [1311] videlicet quantum terre et ten. Nich'us Tuchet tenuit in com. Linc. die quo obiit de herede Thome de Multon' de Fraunkton' *etc.* per sacr'm Magistri Joh'is de Ludeforde *etc.* Qui dicunt per sacr'm suum quod predictus Nich's nichil tenuit de herede Thome de Multon' de Fraunkton' qui est infra etatem et in custodia domini Regis die quo obiit set dicunt quod tenuit eodem die in dominico suo ut de feodo quasdam terras et quedam tenementa in Haynton' et Suthereie de herede Ph'i de Chauncy infra etatem et in custodia domini Regis existente per servicium unius feodi militis. Et est apud Haynton' quoddam capitale mesuagium . . . Item est ibi quoddam croftum continens in se v. acras . . . Item sunt ibi lxiiij. acre terre arabilis . . . Item sunt ibi xv. acre prati . . Item est ibi unum molendinum ventriticum quod valet per annum x. s. Item est ibi redditus libere tenencium videlicet de Matheo Biddes ad Pent. j. d. de Nich'o Wace ad festa Sancti Martini et Pent. vj. d. Item de Rad'o fabro . . . iij. s. de Nich'o Dril . . . iij. s. de Henr' fabro . . . xviij. d. de Rob'to Eir . . . xij. d. Item de Henr' bercar' . . . ij. s. vj. d. de hered' Joh'is de Worthe ad Pascha floridum xiij. s. viij. d. de her' Rob'ti de Barkeworthe ad Pent. xij. d. de Abbate de Hawenby ad festum Sancti Joh'is Baptiste vj. d.

Summa totalis de Haynton'—vij.li. xij.s. ix.d.

Item est apud Suthereie quoddam capitale mesuagium . . . Item sunt ibi xij. acre terre arabilis . . . vij. acre prati . . . Item . . unum Fischegard quod valet per annum dimidiam marcam. Item est ibi redditus liberorum tenencium ad festa Sancti Martini et Pent' iiij.s. et . . . Pasche et Sancti Mich'is ix.s.

Item dicunt quod predictus Nicholaus Tuchet et Alicia uxor ejus tenuerunt conjunctim ex dimissione . . . Sixle ad terminum vite eorundem Nich'i et Alic' unum molendinum aquaticum in Haynton' quod valet per annum viij. s. quod quidem molend . . . herede de Chancy per servicium predictum.

Summa—xlixs. viij.d.

Will's Tuchet miles est propinquior heres dicti Nicholai et est etatis xxxvj. annorum et amplius. [Linc']

Summa totalis—x. li. ij. s. v. d. Inde in redditu resoluto Priori de Bolington' iiij, s. ad Pent'.

[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *mm.* 2, 3.]

27. THOMAS DE PRYDIAUS. *Inq. p. m.*

[*Breve dat. apud Berewycum super Twedam xx. die Januarii* 1310-11.]

Inquisicio capta apud Tryueru [*hodie* Truro] coram Escaetore domini Regis in Com. Cornub. xviij. die Februarii anno . . . quarto [1310-11] de terris *etc.* Qui dicunt quod idem Thomas de Prydiaus tenuit die quo obiit medietatem Burgi de Tryueru de domino Rege in capite per servicium quatuor denariorum solvendorum ad scaccarium Regis per manus ballivorum de Tryueru domino Regi ad festum Sancti Michaelis annuatim reddendorum pro omni servicio. Et sunt ibidem xxxvij. s. viij. d. q^{a} de redditu assiso liberorum burgensium ejusdem burgi ad quatuor terminos principales annuatim percipiend' et perquis[ita] curiarum ejusdem burgi vale[n]t per annum iiij. s. et teolonium nundinarum ibidem ad festum Sancti Laurencii valet per annum xl. denarios.

Et dicunt quod idem Thomas tenuit die quo obiit Hamelettum de Nywenham de Olivero de Carmynou per servicium xxiij. den. et ob. in socagium solvendorum annuatim ad festum Purificacionis Beate Marie pro omni servicio. Et est ibidem quoddam capitale mesuagium unde eysiamentum valet per annum ij. s. et gardinum cum quodam curtilagio adjacente valent [*valet*] per annum in omnibus exitibus dimidiam marcam. Et sunt ibidem xl. acre terre arabilis que valent per annum x. s. precium acre iij. d. et sex acre bosci in quadam falesia unde pastura valet per annum vj. d. precium acre j. d. et xx. acre vasti que valent per annum xx. d. precium acre j. den. Et sunt ibidem duo molendina unum blaereticum quod valet per annum xiij. s. iiij. d. et aliud fuller[eticum] quod valet per annum iiij. s. Et sunt ibidem lviij. s. redditus ass[isi] liberorum tenencium ad quatuor anni terminos solvend' et placita et perquis[ita] cur' valent per annum ij. s.

Item dicunt quod idem Thomas tenuit die quo obiit Hamelettum de Trengrons de Johanne de Trejagu in socagium per servicium ij. s. ad festum Sancti Mich' annuatim et duarum bidencium ad idem festum annuatim pro omni servicio que valent ij. s. Et sunt ibidem lxv. s. de redditu liberorum tenencium annuatim ad quatuor terminos perc[ip]iend' et placita et perquis[ita] cur' valent per annum xij. d.

Item dicunt quod idem Thomas tenuit die quo obiit Hameletta de Curglas et Treburcheyis de Thoma le Archedeakene in socag' per servicium xij. d. per annum ad festum Sancti Mich'is solvend' pro omni servicio. Et sunt ibidem iiij. li. redd' ass' liberorum tenencium annuatim solvend' ad quatuor anni terminos principales et perquis[ita] cur' inde vale[n]t per annum xij. d.

Et dicunt quod idem Thomas tenuit die quo obiit Hamelett' de Penstradon Treucruke et Latta de Comite Cornub. in socagium per servicium vj. d. per annum ad festum Sancti Mich'is pro omni servicio. Et capitale mesuagium de Penstradon cum curtilagio ibidem valent [*valet*] per annum xij. d. Et sunt ibidem xij. acre terre arabilis que valent per annum iij. s. precium acre iij. d. et due acre prati ibidem que valent per annum xij. d. et tres acre bosci unde erbagium valet per annum vj. d. et xx. acre vasti que valent per annum xx. d. Et sunt ibidem xx. sol. et quatuor den. de redditu liberorum ad quatuor terminos principales per annum.

Et dicunt quod idem Thomas tenuit die quo obiit unam acram terre Cornub. in Tregonyan de Will'o de Ralegh' in socagium per servicium unius den. ad festum Sancti Mich'is pro omni servicio que est in manu liberorum et reddunt per annum x. s. ad festum Sancti Mich'is. Item dicunt quod idem Thomas tenuit die quo obiit unam acram et dimidiam terre de Priore de Bodmine per servicium unius den. per annum pro omni servicio apud Trebyghan que terra est in manu liberorum et reddunt inde per annum ad festum Sancti Mich'is xxviij. s.

Et dicunt quod Galfridus filius ejusdem Thome est ejus proximus heres et fuit etatis xxiij. annorum ad Pascha proximo preterit[um]. In cujus *etc.* Cornub.'

[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *mm.* 11, 14.]

28. Willielmus de Hanchache. *Inq. p. m.*

[*Breve dat. apud Reynfreu in Scocia xv. die Octobris* 1310.]

Inquisicio capta coram Esc' domini Regis apud Badburnham in comitatu Cant' xxx°. die Decembris anno . . . quarto [1310] *etc.* per sacramentum *etc.* Ric'i de Bassingburne *etc.* Qui dicunt per sacr'm suum quod Will's de Hanchache die quo obiit nullas terras seu ten' tenuit de herede Egidii de Plaiz in comit' predicto sed . . . . tenuit die quo obiit in dominico suo ut de feodo tenementa subscripta in Shodecaumpe de Joh[ann]a que fuit uxor predicti Egidii de Plaiz racione dotis ipsius Joh'e sibi de hereditate que fuit ejusdem Egidii assignate per servicium j. feodi militis et sectam curie de tribus septimanis in tres septimanas ad curiam predicte Jo^e^ apud Thremhale vel Springefeld. Et est ibidem mesuagium in edificat' cum uno columbario que valent per annum iij. s. iiij. d. Item sunt ibidem vij^xx^. acre terre arrabilis que valent per annum xlvj. s. viij. d. per precium acre iiij. d. . . iiij. acre prati falcabilis que valent per annum xij. s. per prec' acre iij. s. . . . ij. acre pasture separabilis a festo Pur' Beate Marie usque Gulam Augusti . . . acr' xij. d. Item sunt ibidem de redditu assiso percipiend' per manus liberorum tenencium xv. s. vij. d. videlicet ad festa Pasche et Sancti Michaelis equis porcionibus. Item sunt ibidem vij. opera et di[midium] in autumpno que valent vij. d. ob. per precium operis j. den. Item . . . tenuit ibidem die quo obiit de Comite Oxon' j. mesuagium edificatum per servicium x. den. per annum pro omni servicio quod non

potest extendi ad aliquem valorem propter reprisam reddend' eidem Comiti ad festa Pasche et Sancti Michaelis Item . . . tenuit ibidem die quo obiit de heredibus Walteri Sampson per servicium j. clavi gariofili per annum ad Pascha pro omni servicio xl. acras terre arrabilis . . . acr' iiij. d. Item . . . tenuit *etc.* de Roberto de Say per servicium xvj. den. per annum pro omni servicio reddendo eidem Roberto ad terminos prescriptos iij. acras et di. terre arrabilis *etc.* acr' iiij. d. Item . . . tenuit *etc.* de Ric'o de Berardeshey per servic' xviij. den. per annum pro omni servicio reddendo eidem Ric'o ad terminos prescriptos iij. acras et di. terre arrabilis que non possunt extendi ad aliquem valorem pro onere redditus.

Summa totalis iiij. li. xiiij. s. viij. d. ob. Et est ibidem de redditu resoluto—iij.s. viij.d. Et sic remanent de claro—iiij. li. xj.s. ob.

Item dicunt quod Thomas filius predicti Will'i est ejus heres propinquior et est etatis xv. annorum et amplius. Cauntebr'

[*Vide Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *mm.* 6, 14.]

29. Willielmus le Duyn (*vel* Dun). *Inq. p. m.*

[*Breve dat. apud Berewycum super Twedam xxv to die Aprilis* 1311.]

Inquis' capta coram Escaetore domini Regis in Comitatu Wyltes' *etc* iiij° die Maii anno *etc.* iiij^to^ [1311] per sacr'm *etc.* Joh'is Charles *etc.* Joh' in la lane Joh' le Frye *etc.* Qui dicunt super sacramentum suum quod Will's le Duyn tenuit die quo obiit apud Stanlyngho in com. predicto de Episcopo Wynton' per servicium militare secundum quantitatem tenementi unum mesuagium et valet cum aysiamenta [*aysiamentis*] domorum per annum iiij. s. vj. d. Item Joh' Charles liber tenens reddit per annum dimidiam libram piperis et valet per annum vj. d. Item sunt ibidem sex di. virgatarii quorum quilibet reddit per annum v. s. unde summa—xxx. s. Et quilibet eorum arrabit et herciabit ad utrumque sem[entum] j. acram terre et erunt ad mensam domini sumptibus domini vel percipere [debe]nt de domino pro qualibet acra. iiij. d. et valet opus ad proficuum domini cujuslibet acre—ij. d. Et est summa—ij. s. Item quilibet eorum cariabit blad[um] domini in autumpno per iiij. dies cum j. affro et carecta et erit ad mensam domini. Et debent percipere quolibet die ij. garbas de frumento seu ordeo de tali blado ut cariant per dietam et valet opus cujuslibet ad proficuum domini—ij. d. unde summa—xij. d. Item quilibet eorum metabit blad[um] domini per ij. dies de prec[ariis] et erunt ad mensam domini et valet opus cujuslibet—ij. d. unde summa—xij. d. Item quilibet eorum dabit ad churs[ete] j. gallum et iij. gallinas et valet churs[ete] cujuslibet—iiij. d. Summa—ij. s. Dicunt eciam quod sunt ibidem ij. cotag' et uterque eorum reddit per annum xij. d. ad quatuor anni terminos.

Dicunt eciam quod idem Will's tenuit die quo obiit iiij^xx^. vij. acras terre arrabilis quarum xxx. acre valent per annum v. s.

precium acre ij. d. et xx. acre super la Chelkhulle valent per annum xx. d. et xxx. acre super la Stoniebrerhche et super la Sondyhulle et valent per annum super vero valore ij. s. et vij. acre super Otlond et valent per annum vij. d. Dicunt eciam quod sunt ibidem vj. acre prati . . . per annum vj. s. . . . v. acre boscy [*bosci*] vasti . . . per annum xij. d. Item est ibidem quedam separalis pastura que continet xj. acras mensuratas et valet per annum ij. s. vj. d.

Dicunt *etc.* quod Joh'es le Duyn filius predicti Will'i le Duyn fatuus et idiota est propinquior heres predicti Will'i et est de etate xlv. annorum et amplius. In cujus *etc.* [Wiltes'.]

[Pro Rogero Wodeloke. Rex *etc.* Rogero de Wellesworthe Escaetori suo ultra Trentam. Cum *etc.* quod filius et heres Will'i Dun de com. Wiltes' ideota fuit, per quod custodia terrarum et tenementorum ipsius Will'i post mortem suam, si predictus heres ipsum Will'm superviveret, ad nos pertinere deberet durante fatuitate predicti heredis, concesserimus dilecto valletto nostro Rogero Wodeloke custodiam predictam si ad manum nostram sic deveniret tenendam quamdiu terras et tenementa predicta in manu nostra racione predicta morari contigerit Reddendo inde nobis per annum ad Scaccarium nostrum legalem extentam inde faciendam prout in litteris nostris patentibus eidem Rogero inde confectis plenius continetur dictusque Will's jam diem suum clauserit extremum dicto herede ideota et superstite sicut per inquisicionem per dilectum et fidelem nostrum Walterum de Glouc' nuper Escaetorem nostrum ultra Trentam captam et in Cancellaria nostra retornatam est compertum Vobis mandamus quod eidem Rogero custodiam terrarum et tenementorum predictorum quo occasione mortis ejusdem capta sunt in manum nostram una cum exitibus inde perceptis a tempore capcionis eorundem in manum nostram liberotis tenendam juxta tenorem litterarum nostrarum predictarum. Teste Rege apud Ber' super Twedam viij. die Maii (1311). *Rot. Fin.* 4 *Edw.* II. *m.* 8.]

30. Petrus del Haye. *Inq. p. m.*

[*Breve dat apud Berewycum super Twedam xv. die Maii* 1311.]

Inquisicio facta *etc.* apud Hellingelighe die Lune proxima post festum Sancti Dunstani archiepiscopi anno *etc.* quarto [24^to^ Maii 1311] *etc.* per sacr'm Roberti atte Burche *etc.* Qui dicunt per sacr'm suum quod Petrus del Haye tenuit manerium de Werlington' cum pertin' in com. Sussex' tanquam membrum manerii de Middleton' quod Rogerus la Ware tenet in dominico suo ut de feodo die quo obiit de domino Rege in capite per homagium et per servicium reddendi inde annuatim ad scaccarium domini Regis unum nisum sor' videlicet ad festum Sancti Petri ad vincula pro omni servicio. Dicunt eciam quod est apud Werlington' unum capitale messuagium cum quodam gardino quod valet per annum iij. s. Item sunt ibidem xlvj. acre terre arabilis . . . precium acre v. d. . . . iiij^xx^ acre pastur

separabilis . . . prec' acre ij. d. . . . xx. acre bosci quarum pastura valet per annum iij. s. iiij. d. Item sunt ibidem xij. libere tenentes qui reddunt per annum xxj. s. xj. d. ad festa Sancti Michaelis Natalis Domini Pasche et Sancti Petri ad vincula. Item est ibidem quidam tenens qui reddit per annum tria serta ros' ad festum Nativitatis Sancti Joh'is Baptiste. Item sunt ibidem iiij. custumarii qui reddunt per annum xvj. s. vj.d. ad terminos antedictos equis porcionibus et valent opera et servicia eorundem per annum viij. s. vj. d. ob. q^a. Item dicunt quod placita et perquisita curie valent per annum iiij. s.

Summa tocius—iiij. li. ix. s. ix. d. ob. q^a.

Dicunt eciam quod Johanna uxor Philippi de Hurst filia predicti Petri est propinquior heres predicti Petri et etatis xxj. annorum. In cujus *etc.* Sussex'.

[De fidelitate capta. Rex *etc.* Rogero de Wellesworthe Escaetori suo citra Trentam salutem Sciatis quod cepimus fidelitatem Ph'i de Hurst qui Johannam filiam et heredem Petri de la Haye defuncti duxit in uxorem de omnibus terris et tenementis que idem Petrus pater ipsius Joh'e tenuit de nobis in capite die quo obiit et eisdem Ph'o et Joh'e terras illas et ten' reddidimus Et ideo vobis mandamus *etc.* Teste Regeapud London' xxviij. die Augusti (1311). *Rot. Fin.* 5 *Edw.* II. *m.* 21.]

[*To be continued.*]

INDEX TO DAVY'S SUFFOLK COLLECTIONS.

CORRIGENDA, &c.

Add. MS. 19,129.

for Felham (of Halesworth) *read* Feltham.

Add. MS. 19,131.

for Gagen (of Long Melford) *read* Gager.
for Gilberd (of Finborough) *read* Gilbert.

Add. MS. 19,132.

for Granville (of Broom Hall) *read* Glanville
for Granville (of Elmset) *read* Glanville.
for Goodhall (of Earle Stonham) *read* Goodall.

Add. MS. 19,133.

insert Grey *alias* Bishop, of Cavendish, 145.

Add. MS. 19,134.

insert Harpeley, 204.
„ Hauker or Hawker, 340.
for 384 (Hawys, of Akenham and Framlingham) *read* 380
for Haselrig or Hesilrige, *see* Hesilrige of Noseley, &c., in Add. MS. 19,135.

Add. MS. 19,135.

for Hay. of Drummond, Kirkland, &c., *read* Hay Drummond, of Kirkland, &c.
for Hayes of Catfield *read* Hayes of Cratfield.
for Hamsted (of Withersfield) *read* Hemstead.
for Haveningham, of Haveningham, *read* Heveningham, of Heveningham.
insert 302 *after* Hickling of Hickling.
for 256 (Hobart of Ely, &c.) *read* 356 to 379.

Add. MS. 19,136.

for Howse (of Berks and Norfolk) *read* Howes or Howse.
insert Hungate, of Haverhill, 337.

Add. MS. 19,137.

for Ilkelshall, of Ilkelshall, *read* Ilketshall, of Ilketshall.
for Illey, of Ilketshall *read* Illey of Holm Hall.
for Jenny, 169 (&c.) *read* Jenny, 169 to 222.
for Jobson of Doniland *see* Add. MS. 19,120, fol. 349.

Add. MS. 19,140.

insert Lodge, of Nettlestead, 92 to 94.

Add. MS. 19,141.

insert Malherbe, 43.
„ Mallows, 51.
„ Marlow, 157.
„ Marrie, 161.